Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de sacramento poenitentiae - Cod. Ettenheim-Münster 215

Zugmeyer, Martin

[Marmoutier im Elsass], 1712

Quaestio 1ma

urn:nbn:de:bsz:31-118991

Visual Library

II

1772
10 May.

Disputatio de Extrema unctione

4tεayχ-ɹιssyɥωχισɥɹɜyɯ=6 ʒ
Rdo πɜ4=ɹιɜɡyχω=Oʒ=
ɹιyy4ɜ.

Extrema unctio à Catholicis definiri solet: Sacrm novae Legis quo per unctionem olei benedicti et oraõem Sacerdotis baptizatus aliqdo usu raõis praeditus periculosè aegrotans mundatr à reliquiis peccatorum et juvatr ad felicem mortis agonem et si ita expedit recuperandam corporis sanitatem. Ejus materiam formam ministrum subjectum, effectus et necessitatem breviter hic examinabimus, postqm contra haereticos ostensum fuerit eam esse propriè dictum Legis Novae Sacrm.

Quaestio 1ma.

An extrema unctio sit Sacrm à Christo institutum.

Extremam unctionem esse Sacrm novae Legis propriè dictum, negarunt 1mo quidam graeci, ijs postea adhaeserunt eodem in errore Waldenses, Albigenses, Wiclefistae, quibus tandem accesserunt Lutherani et Calvinistae, alia autem sit fides circa sacram hanc unctionem fides et doctrina Ecclia Catholica juxta quam sit

Propositio. Ext unctio infirmorum est Sacrm novae Legis à Christo instituum.

Probr 1mo ex sacris literis constat unctionem infirmorum esse signum sensile ad nram sanctificaõem à Christo permanenter institutum, ergo est Sacrm novae Legis propriè dictum. Consequentia patet quia ut constat ex dictis de Sacrtis ~~de Sacrtis~~ in genere ad Sacrm propriè dictum nihil aliud requiritur, quam ut sit 1mo sensile signum quod conficiatr rebus et verbis. 2do à Christo permanenter institutum. 3tio ut significet et conferat gratiam. ergo

Probr antecedens ex Epistola S. Jacobi c. 5. v. 15. ubi Aplus de hac unctione sic loquitur: infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Dni, et oraõ fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dnus et si in peccatis fuerit, remittentur ei, Jam hic sacra unctio 1mo dr signum sensile per illud: orent et ungant. 2do dr signum efficax gratiae ut patet ex verbis posterioribus oraõ fidei salvabit infirmum et si in peccatis fuerit remittentur ei. 3. dr signum permanens et stabile ut colligit ex illis verbis: infirmatur quis in vobis ubi Aplus absque restrictione ad certum tempus et personas omnibus fidelibus quocunque tempore exhiberi-

talem promissionem seu signum gratiae promulgat. 4. denique insinuatur signum
à Christo institutum quod patet imo ex eo quod Aplus dicat ungentes eum in nomine Domini, id est auctori-
tate Christi seu ritu à Christo instituto, ut Apli dicuntur baptizasse in nomine Domini. Ideo ex eo
quod Aplus absolute promittat salutem, alleviationem, et remissionem peccatorum iis qui
tale signum susciperent, non autem credibile est Aplum tam asseveranter et absolute
promissurum fuisse hos effectus, nisi scivisset eos ex institutione Christi huic signo annexos
esse. hoc ex eo fit credibilius quod Marci 6. expresse legatur, Aplos à Christo missos
oleo unxisse infirmos et sanasse.

Probatur 2. perpetua traditio totius Ecclesiae tam graecae quam latinae docet unctionem
infirmorum esse sacramentum ergo etc. antecedens manifestum est ex continua praxi utriusque
Ecclesiae, consensu Patrum, decretis Pontificum et Conciliorum, quae prolixe referunt Bellar.
hic l. 1. c. 4. Laym. tract. 8. c. 1. et alii. hanc traditionem secuti professa Synodus
Trid. sess. 14. c. 1. de extrema unctione ait: instituta est autem hoc sacra unctio infirm-
orum tanquam vere et proprie sacramentum novi testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum,
per Jacob: autem Aplum fidelibus commendatum et promulgatum. et postea ibi: can. 1.
de extrema unctione anathema dicit omnibus qui dixerint extremam unctionem non esse
proprie dictum sacramentum à Christo institutum, et à beato Jacobo promulgatum, sed ritum
tantum acceptum à Patribus aut figmentum humanum ergo etc.

Probatur ratio quam insinuat Trid. ibid. in praefatione ad doctrinam de extrema
unctione: Deus namque dedit hominibus in iis quae sunt necessaria ad salutem, sed vix unquam tam
necessarium est ad salutem aliquod sacramentum quam hoc cum imminet finis vitae, ergo omnino credibile est
Christum pro hoc agone fidelibus suis providisse de speciali aliquo sacramento. minor certa est
videturque, ut ait Trid. loco cit: Christum per sua sacramenta nobis providisse de salutaribus
remediis ubicunque iis indigere videbamur. minor probatur de constat namque infirmiores simus
et de salute nostra magis periclitamur quam in articulo mortis, ubi remorsus omnium peccatorum
per totam vitam commissorum hominem perturbant, timor instantis iudicii concutit,
tentationes fortius insurgunt, morborum gravitas, mortis horror, et plurima alia
molestiae moribundum circumdant adeoque in his circumstantiis quibus hostis huius generis
artes omnes adhibet, ut nos perdat, illud divina benignitate dignum videtur, ut
speciali sacramento nobis provideret quo homo erigatur in fiduciam, roboretur contra tentationes
mundetur à peccatis quae forte per poenitentiam sublata non sunt et instruatur ad agonem etc.

Obiicitur imo hoc Epist: quae tribuitur Jacobo, et ex qua potissimum probatur extremam unctionem

ut sacramentum, non est authoritatis Canonicae quod attinet infallibilitatem, non potest inferri unctionem infirmorum esse sacramentum proprie dictum.

Obiicies 2° ex Eusebio l. 2. historiarum c. 23. et Hieron. l. de viris illustribus in vita S. Jacobi legitur aliquos non agnovisse hanc Epistolam pro Canonica. Ergo.

R. Dist. ant. et oppos. consequentiam: quod haec Epist. sit vere Canonica docent catholici omnes ubi de libris canonicis, et aperte constat ex S. Hieron. qui in Epist. ad Paulinum dicit esse quidem aliquos qui negant hanc Epist. esse Canonicam, sed eam passim pro Canonica haberi ab Ecclesiis, sicut et Eusebius loc. cit. .. idipsum fatetur Carthaginense 3. et Concilium Vasionensis in Gallia. Ex eo autem quod tempore S. Hieron. et Euseb. aliqui huius Epist. authoritatem negaverint, non sequitur eam non esse canonicam, sicut non sequitur scripturam veteris testamenti non esse verbum Dei quod olim senserunt Manichaei, sed sequitur tantum quod aliqui tunc in eodem errore fuerint circa authoritatem huius Epist. in quo nunc sunt Lutherani.

Inst. 1. in illa Epistola fit mentio de unctione, quae pro illo tempore ex dono miraculorum adhiberi ad curationem morborum corporalium, ergo licet haec Epist. sit canonica ex ea tamen non colligitur hanc unctionem esse sacramentum.

R. N. ant. nam omnino Apostolus evidenter loquitur de aliquo signo per quod infirmi accipiunt remissionem peccatorum, adeoque non loquitur tantum de curatione corporis, quamvis et haec suo modo sit effectus huius sacramenti ut dicetur infra q. 4. 2do. Si Apostolus loqueretur de dono miraculose curandi morbos non diceret: inducat presbyteros Ecclesiae, quia non omnes habebant hoc donum praesertim si ut volunt haeretici per vocem presbyteros intelligere, non sacerdotes sed seniores in populo. 3tio nec dixisset orent super eum ungentes eum oleo, nam donum miraculosae curationis dei non alligatum fuit certis signis.

Inst. Jacobus loquitur de ea unctione de qua fit mentio apud Marcum c. 6. ubi refertur apostolos unxisse oleo, et sic sanasse multos aegros, sed illa unctio de qua fit mentio apud Marcum non fuit sacramentum proprie dictum, ergo nec illa de qua Jacobus.

R. N. ant. nam unctio de qua loquitur Jacobus imo iubetur fieri a presbyteris id est sacerdotibus. 2. debet fieri cum certa oratione ut infra dicetur. 3. ordinatur immediate ad salutem spiritualem animae, ad curationem autem corporis tantum secundario et per accidens si ea infirmo expediat. 4. alioquin nemo fuisset morbus qui unctione a Jacobo praescripta sanus fuisset. Illa unctio de qua agit Jacobus non est nisi pro iis qui periculose decumbunt. 5. non est nisi pro baptizatis fidelibus quos tunc alloquitur Jacobus, e contra vero unctio de qua fit mentio apud Marcum imo fiebat a discipulis Christi dum necdum fuerunt sacerdotes. 2do non legitur fuisse coniuncta cum certa oratione. 3tio in omnes, promiscue et forte eodem-

ordinata fuit ad eandem curationem ut satis colligitur ex v. 13. c. 6. Marci. 4. dabatur non tantum iis qui periculose decumbebant, sed et caecis, claudis, et quibuslibet aliis infirmis. 5. dabatur non solum baptizatis sed etiam et maxime infidelibus ut sic moverentur ad fidem suscipiendam. atque Jacobus non loquitur de illa unctione de qua loquitur Marcus, omnis unctio cujus meminit Marcus fuerit figura constituendi postea sacramenti extremae unctionis, ut mox dicam.

Obj. 3. Theophilactus, Oecumenius, Beda et plures alii in hunc locum Marci dicunt eandem fuisse unctionem de qua loquitur Marcus cum illa quam postea docuit Jacobus. R. D. ant. dicunt fuisse eandem moraliter inadaequate et figurative, non tamen eandem fuisse formaliter in ratione sacramenti completi. C. ant. et cons. itaque sicut Christus suum baptismum praefiguravit, et quoad materiam seu inadaequate instituit quando a Joanne baptizatus, sicut praefiguravit sacramentum confirmationis quando infantibus sibi oblatis manus imposuit, sic et praefiguravit, et inadaequate quoad materiam instituit sacramentum unctionis, quando Marc. 6. misisset Apostolos ungendo infirmos miraculose iisdem sanitatem redderent, sic ad fidem vocarent, hoc omne docent hi quando loquuntur, ait Christum Marc. 6. insinuasse hoc sacramentum, quod postea, plene interim a Christo institutum promulgavit Jacobus; insinuare est hoc loco nihil aliud significat quam adumbrare, obscure indicare etc. nec plus dicunt PP. citati.

Obj. 4. si Jacobus non loquatur de unctione omnino eadem de qua loquitur Marcus, unctio illa Jacobi non potest dici instituta a Christo, ergo non est sacramentum. Probatur. Probatur sequela minoris: nullibi apud Evangelistas fit mentio de institutione alterius unctionis a Christo facta. ergo sacramentum.

R. N. sequelam minoris et quamvis expresse non sit in Evangelio non habeatur expresse quod haec unctio de qua agit Jacobus a Christo instituta sit in ratione sacramenti, id non propterea negari non potest cum multo minus habeatur in Evangelio cum non sit instituta a Christo [illegible] dicatur illa unctio Jacobi instituta fuisse a Christo sufficit dum quod sciamus illius materiam ex Christi instituto jam fuisse usurpatam Marci 6., dum quod sciamus Apostolum in sua doctrina infallibilem eam promulgasse Ecclesiae tanquam verum novae legis sacramentum, quod sine turpissimo errore facere non potuisset, nisi desuper scivisset mandatum Christi. quandonam autem fuerit totaliter a Christo instituta, nemo Theologorum hucusque ausus est definire, Melior est eorum conjectura qui dicunt quod Christus eam in ratione sacramenti completi instituerit, et promulgandam tradiderit Apostolis quando post resurrectionem per 40 dies cum illis conversatus plene eos instruxit de iis, quae ad institutionem et gubernationem Ecclesiae spectabant pertinere.

Obj. 2do sacramenta novae legis conferunt suos effectus ex op. op.; sed unctio de qua loquitur Jacobus non confert suos effectus ex op. op. ergo non est sacramentum.

Probatur minor. Jacobus loco cit. totum effectum illius carnia tribuit fidei et orationi ait e: et oratio fidei salvabit infirmum.

R. 1mo esto quod totum argumentum verum esset, ex eo tamen haeretici non possunt inferre illam unctionem non esse proprie dictum sacramentum cum illi velint omnia sacramenta habere suos effectus a fide suscipientis.

R. 2. N. m. et probationem ans: neque illud probant verba allata apostoli, nam 1mo per orationem fidei apostolus non intelligit fidem suscipientis, cum non loquatur de suscipiente, sed de oratione ~~et fide~~ conferentis seu ministri. 2do illam orationem appellat orationem fidei, non quia fides in ministro sit de necessitate sacramenti, quod numquam probabunt haeretici, sed quia fides in hoc sacramento sicut in reliquis sit saltem naturae necessitate praerequisita; et quod haec oratio seu forma sacramenti sit aliquid sacramentale, seu contineat mysterium fidei et sola fide intelligatur ut dici solet de sacramentis in genere ad illa verba S. Aug.: unde tanta virtus aquae ... nisi faciente verbo non quia dicitur sed quia creditur. 3. Apostolus non tribuit totum effectum orationi, non enim negat e. consequi communem unctionem, alias eam non praeciperet. igitur sicuti Paulus dum ad Titum c. 3. v. 5. ait: salvos nos fecit per lavacrum effectum baptismi non tribuit soli ablutioni, sic nec Jacobus effectum extremae unctionis tribuit soli orationi seu formae, sed more sacris scriptoribus familiari tribuit uni parti, quod non nisi a toto sacramento confertur. ex dictis habes

Infero 1mo mentiri Calvinum dum ait Sigebertum in suo Cronico institutionem extremae unctionis tribuere Innoc. 1.; et cum Sigebertus aperte agnoscat hoc sacramentum a Jacobo iam promulgatum esse; de Innoc. autem nil referat, quam quod hic consultus a Decentio Episcopo Eugubino an liceat dare extremam unctionem poenitentibus, responderit in epistola 1ma c. 8. id non debere fieri quia haec unctio non minus sacramentum est quam reliqua.

Infero 2. turpiter suo magistro errare et mentiri alios Calvinistas qui cum Kemnitio dicunt extremam unctionem esse institutam a Felice 4to, qui 100 et amplius annis post Innoc. primum, cui Calvinus tribuit institutionem extremae unctionis, sedem rexit et anno 528. hic enim Pontifex plura quidem scripsit de unctione altarium, nil vero de extrema unctione, nisi quod, ut de illo ait Philippus Bergomensis in Cronico, monuerit ut servaretur doctrina S. Jacobi de infirmis.

Infero 3. quid sentiendum sit de opinione magistri, Hugonis, Alensis, Bonaven: et aliorum quorundam veterum, qui putabant sacramentum unctionis infirmorum non a Christo mediate sed ab apostolo Jacobo institutum fuisse. Sic si per institutionem Jacobi nil aliud intelligunt (sicut explicat S. Thom. Magistrum) nisi promulgationem et declarationem, nil differunt a communi sententia. si vero volunt Jacobi esse non tam

promulgatorem, sed imm authorem huius Smti quasi illud n tm fidelibus proposuerit et tradi-
derit tanqm a Chro institutum, sed ipsmet ex divina inspiratione illud instituerit; quum talis post Trid:
n amplius sustineri pt, siquidem in illo expresse definitum st, hoc Smtm a Chro institutum,
ab Aplo autem Jacobo tm promulgatum fuisse.

Quaestio 2da.
De
Mria et Subjecto Extremae unctionis.

Propositio 1ma. mria remota huius Smti e oleum olivarum ab Epo vel alio sacerdote
ad id facultatem habente benedictum. proxima vo e unctio, seu applicatio olei.
Pbr 1ma pars de oleo olivarum: Jacobus loco supra cit: ait: ungentes eum oleo: sed oletu
intelligit solum oleum olivarum; ergo &c. min: certa e, qa solum oleum olivarum ex omni
acceptione, maxime in oriente ubi Jacobus Epist suam scripsit, p vocem olei simplr
prolatam intelligi solet, sicut p vocem aqua intelligitur sola aqua naturalis.
Pbr 2da pars de oleo benedicto ex constanti Eccliae traditione, et perpetua praxi, qm ut ait
Beda in cpt 6um Marc: Ecclia utrasque ab Aplis accepit, peculiaret mriam huius Smti
ee oleum benedictum ergo &c. hinc eidem traditioni insistens Eugenius ptus in decreto
Florentino et Concil. Trid: Sess. 14. de extrema unctione declararunt mriam huius Smti
ee oleum olivarum ab Epo benedictum. qd autem sufficiat si sit benedictum ab
Epo vel alio sacerdote, qui ad id facultatem habeat, constat ex antiqua praxi Eccliae orient-
alis, ubi presbyteri conferunt hoc Smtm cum oleo a se benedicto, id approbante Clemente 8.
in instructione ad Epos Latinos in ptibus graecorum degentes anno 1595. ubi postquam
dixerat Latinos debere uti oleo Epali benedictione consecrato subiungit; n st cogendi
presbyteri graeci olea sancta praeter chrisma ab Epis Latinis accipere, cum eiusmodi
olea ab eis in ipsa oleorum et Smtorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur et benedi-
cantur. neque videtur cur simplici presbytero n possit concedi facultas benedicendi oleum,
cum de se sit minister ordinarius huius Smti. ac proinde cum Trid: et Florent: requirunt oleum
ab Epo benedictum, declarant tm qd iuxta morem Eccliae Latinae de necessitate fieri debeat.
Pbr 3tia pars de mria proxima in Smtis q in usu consistunt, applicatio mriae remotae e mria
proxima, sed unctio e olei applicatio ergo &c. qt autem ad quales requiruntur unctiones
dicetur quaest. sequenti. hoc certum e unicam posse sufficere ad essentiam huius Smti, qa in necessitate
cum unica valide administrari pt.
Propositio 2da. forma extremae unctionis absoluta, e deprecatoria, et talis exprimitur his
verbis: Per istam s. unctionem, ut exprimitur in rituali dioecesano.